que fuiſſent aliūde nec tollerabilia nec tol/ leranda. Video ꝙ eccleſie reformatio nunq̄ fier per conciliū ſine preſidentia ducto/ ris affectati bene prudentis ſimul ⁊ conſtā tis/ prouideant ſibi dum ſciuerint ⁊ potue rint membra ꝑ prouincias aut regna: non quidē in multiplicatione conſtitutionum nouellarū/ hoc magis interturbat q̄ adiu uat/ ſed per executionē viuacem ⁊ virilem earum legū que iam late ſunt abundantiſ/ ſime/ ſupuacuis etiā reſecatis vel omiſſis: Video ꝙ in doctrinis que fidem/ que reli gionem/ que bonos ⁊ ſalubres reſpiciunt mores/ vix inuenient in hac tempeſtate/ re/ bus vt ſunt manentib9/ nec habito forti fa uore/ potentie ſecularis/ terminatio debi/ ta/ vel expedita iuſticia. Experto crede/ ne q̄ deductionē pro nūc aliam pete/ neq̄ de remedijs opponēdis verbum feceris/ ſur/ ditati/ vbi non eſt auditus/ iubet ſapiens/ non effundas verbū/ his interim conten/ tus Habes enī de theologica cōſolatione grandius opuſculū. Tecum habita/ gra/ tus deo/ qui te ſegregauit ab his ſolicitu/ dinibus/ ⁊ pro ceteris in poteſtate conſti/ tutis/ ora cōpatiēs flēs ⁊ lugēs. Moni cus/ Conceſſerit ita deus/ bene vale vo/ lucer precauens vie caſus Salutaueriſq̄ nomine meo fratrem monens eum ſedulo circūſpicere vigilanter/ queadmodum in medio nationis praue viuendū ſit: Vo lucer/ Et tu bene valeto monice nr̄i me/ mor in orationibus tuis:

Finit.

·z· Sequūtur nōnulla carmina Joh. de gerſon/ que ⁊ precedē/ tibus ⁊ ſubſequentib9 tracta/tib9 cōnexio/ nem aliquā habere videntur. Primū car/ men ad Johannem germanum ſuum de cauſa canendi.

Loquitur aduena ad monicum.

Heu perurgent monice/ monice/
Anni nefaſti ſanguinei ⁊ necis
Ciuilis enſis cuilibet imminet
Qui iuſte viuit/ vera vel edocet

Reſpondet monicus

Meme fruaris aduena conſule
Hac in ruina peſtifere vicis
Ad te redito ſolus in ocia
Eſto virilis vim facito tibi
Mens in ſuperna ſe leuet ocior
Odas canoras pſallat alacrior
Quales ſophie dictat amor pius/
Non quas libido ſordida/ ſuggerit.
Quas muſa garrit ſcenica crebrius/
Ut cor malignis vrat amoribus:
Cure coquentes anxia pectora
Triſtes abibunt/ credito/ longius
Nam ſpiritus cor viſere celicus
Gaudet quod almū perſonitat deum

Opponit aduena

At cum ſodales mors mihi ſuſtulit
Cum pallas arcem vix habitet ſuam/
Quero ſonabunt cui mea cantica
Nerui loquentes/ quos lira temperat

Reſpondet monicus

Omitto muſas/ angelus audiet
Sanctiq̄ tecum/ nonne ſatis tibi
Nec prorſus omnes mors tulit effera
Petrus ſuperſtes/ quem ſapientia
Totum repleuit/ cardo dedit ſibi
Nomen ſtatūq̄/ ſufficit vnicus
Carmen melodum cui reſonet tuū
Viuit gerardus quis rogo par ſibi
Qui veritatis exul amore fit
Noſtri clameugis dulce ſapit ſtilus
Etas nouellam progeniem dabit
Pro patribus quos perdidit atropos

Aliud eiuſdē aſclepiadeum catalecticum. ·p·

Vernū tempus adeſt/ fac hilareſce
Cor tepens gelide frigore bruine
Surſum ſurrige te more volucris
Que vires reparat ſole tepenti
Odas dulciſono gutture formant
Alternantq̄ modos/ cernis alaudas
Se pennis liquidum librat in ethra
Senſim peruolitans/ deſerit ima
Extra ſe rapitur ebria cantu
Affariq̄ deū leta videtur
Huic ſpaſmata cadens vt redit ad ſe
Jam degit ſolitis ſobria terris
O ſi te rapit hec extaſis alma
Felix/ ſi iubilans excidis a te
Hec ſemper ſtolidas incolis oras

Carmen lugubre ·A· pro deſolatione vniuerſitatis pariſieñ. ꝓpter bella ciuilia.

Angeli pacis gemitus amaros
(Si cadunt in vos) facitote toto
Mentis eniſu/ roboate celi

Pallada flete.
Palladis templum domus/arx aſylum
Gaudium veſtrum/decor omnis orbis
Corruerunt a ſcelerum miniſtris
Pallada flete.
Ecce fons riuis helicon cruentis
Manat/hinc ſacre fugiunt volatu
Prepeti muſe/reſonantq; triſtes.
Pallada flete.
Garriunt pice reprobis agreſtes
Vocibus/liuens odium perurget
In malo letas ob eam querelam.
Pallada flete.
Celicus cetus datus vt ſupernam
Percolas iugi ſtudio mineruam/
Lugeas pectus feriens ⁊ hortans.
Pallada flete.
Non tue pridem cecidere docte
Pallas athene ſimili ruina/
Peior hec ſors eſt. cupidi ſophie
Pallada flete.
Te quis o te collegium celebre
Par habens nullum phroneſi ſacratum
Aſpicit/qui non miſerando dicat
Pallada flete.
Ordo te trinus decorabat ample
Cum ſacerdotum cuneo decenti
Sterneris vulgi manibus ſceleſtis
Pallada flete.
O leoninam rabiem/tyrannos
Horrida cunctos ſuperans nefandi
Criminis noxa/furit en erinis
Pallada flete.
Horror heu ſeuus/nihil o deinceps
Linquitur tutum/nihil aut inauſum
Res en humanas ſupereſt perire
Pallada flete.
Stabit aduerſans hereſi quis vltra?
Sontibus quis non trepidus reſiſtet/
Quis bonos mores volet edocere
Pallada flete.
Papa qui chriſti vice ſummus vti
Gratularis/vos paritérq; mundi
Cardines/fidei cecidit columna
Pallada flete.
Filiam tu rex nimium decoram
Prole fecundam recolens videto
Plangit orbam ſe viduamq; clamans
Pallada flete.
Inditum regnum tua clara doctrix
Chriſtianum que titulum ferebat
Monſtra non gignens iacet indecora
Pallada flete.
Canones artes medicansq; phiſis
Et ſophie vultus lacrimis rigate
Deperit vobis ſtudioſa turba.
Pallada flete.
Palladis troie referunt imago
Cuſtos ablata ſibi dat ruinam
Francie caſum ſimilem timentes
Pallada flete.
Inuicem fedus ſociale ſeruant
Clerus ⁊ miles/patiente clero
Nobiles veſtro ſtatui cauentes
Pallada flete.
Regij ſceptri rogitamus heres
Clare delphine/repares ruinas
Hoſtice cladis miſeris vel odis
Pallada flete.
Tale qui rurſus renouare queret
Viuito felix quater ⁊ beatus
Ceſſet vt plangor doloroſus iſte
Pallada flete.

Finis.

Carmen in laudē ducis auſtrie ⁊ ſtudij eiuſdem. B.

Mors miſeranda nimis te francia diua fatigat.
Pluſq; cuiuſuis vox reſerare queat
Olim proſcriptos pro libertate tuenda
Proq; fide paſſos/mos releuare tuus
Senſiſti thoma ꝓprijs dū truſit ab oris
Anglia te ſanctum ſenſit ⁊ eccleſia
Heu pietas heu priſca fides cogūt alūni
Francigene mortes exiliumq; pati.
Sūme deꝰ ꝑ lege tua q; ſub decacordo
Mentibꝰ impreſſam ſcribis ⁊ in tabulis.
O quot theologi/q̄t pontifices periere
Carcere quos clauſos dira necat rabies
Effugit altera ps alienis incola terris
Tutior exilio ſed ſpoliata bonis.
Inter q̄s vnus qui cancellarius almi
Pariſius ſtudij eſt cedit ⁊ aduena fit
Auſtria tu felix/felix ſtudioſa ⁊ vienna
Dux quibꝰ eſt talis traditus in regimen
Zelo qui fidei feruens/ob eā fugitiuū
Huic miſerans/offert vltro refrigeriū
Aſſignat q̄ locū cum libertate/ſuiſq;
Patribus egregij cōmoda collegij
Sis ſua magna ieſu merces/pro cuius honore
Doctorem recipit diſcipulūq; tuum
Gloria laus ⁊ honor dux inclite te reſonabunt.
Dū pietas terras ſancta fideſq; colent.

c ¶ **Aliud carmen de multiplici martyrio.**

Mors martyrum laudabilis
Pre ceteris optabilis
Baptiſma ſupplens ſi deeſt
Omnem reatum diluit
¶ Mors pro fide viriliter
Suſcepta reddit martyrem
An ſub fide lex ponitur
Quam litere ſacre docent
¶ Quare beatus omnis eſt
Pro lege quem dei ſui
Certando contingit mori
Quicunq; det caſus necem
¶ Corona fratrum ſeptena
Refulget ob legis zelum
Martyr iohannes an fuit
Culpans nefas adultere:
¶ Ergo beati viuite
Quos tertius multo ſcelus
Dānando/martyrium publicum
Occidit atrox carnifex
¶ O pulcra mors coram deo
Iocunda plena gloria
Conſpuat hanc vulgus licet
Nequam profanum malignum
¶ Etas an hec felicior
Nō martyres habet ſuos
Culpanda vel forſan magis
Nefanda pro tyrannide
¶ Culpanda pro paſtoribus
Luporum qui vices gerunt
Tyrannidem diſſimulant
Immo fouent/augent/probant.
¶ O veritas patris ieſu
Obſecramus verſa vicem
Ut veritas victrix eat
Cruoris expers et necis
¶ Si vis vt in martyribus
Uincat/pateſcat omnibus
Laus detur et palam tibi
Patri:ſanctoq; flamini.

d ¶ **Carmen pro virtute patientie.**

Aſpera q̄s fortuna poteſt tua dinumerare.
Proſpera que tribuis licet inſcia
Inſcia nō tamen ē ea patris cura benigni
Pro virga qui te manibus gerit.
Non aliter quā vult nec acerbius ipſa flagellas.
Fortis ob hoc remanet patientia
Murmure nō laceat te ꝑmittētis honore
Fert humiles librans oculos ſibi
Abba pater clamat/ magno ꝑ crimīe nati
Sat ſit patri ſupplicij parum:
Letiferū pando peccatorū putre vulnus
Ut placet vre ſeca/modo deprecor
Nolis in eternaȝ parcendo tradere mortē
Eſſet en hec pietas/furor efferus
Sicut ſanct⁹ amor placite ꝯquirit amādo
Omnia que faciunt alij bona
Sic tolerādo ſuū patiētia vertit in vſum
Omnia que mala reſpicit vndiq;
Cur igiť diues patientia non erit inter
Aſpera fortune tot tantaq;
Verbere ſolatur/gelidoq; rigore caleſcit
Potat eam ſitis.eſuries cibat:
Ex alijs ſoluit loculo ſua debita clauſo
Exilium patriam reputat ſuam.
Preſſuram mūdi facit in xpo ſibi pacem
Docta/foro requiem medio capit.
Carcere cū vinclis fit libera/q̄d moror vltra
Vertitur in vitam mors vltima.
Eſt patiēs melior forti/patiēs q̃ vincit
Sepius hoc hoſtem ſine vulnere
¶ Non tñ eſt aſino ſilis patientia laudi
Stercoris et culpe tolerans onus
Excutiēda mag⁹ totis hec ſarcina neruis
Perpetienda prius mors corporis
¶ Hec eſt ſanctorum patientia vera probatrix.
Corde ſuum toto ꝙ amat olum
Durior inferno/nec aq̄s frigeſcit in vllis.
Stigmata ſigna ſui regis gerit/
Infert vim celo/rapit aſtra iure triumphi
Hic fructus ſuus hec poſſeſſio
Materiā dat ei ſors aſpera/qua mal⁹ in ſe
Seuit abutitur/amens enecat.

¶ **Carmen ad gerardum domini delphini confeſſorem.** e

ORo triſticiam repelle ſeculi
Mortē crede parit gerarde duplā
Strigit noxia cor/ꝑimit necatq;
Ex hac letifero plagatur ictu
Culpe ſpiritus.⁊ tabeſcit in ſe.
Nil mortale fleas nihil caducum
Cur perdas lacrimas nihil iuuantes
Obſunt/nec reparant peracta damna.
Quod mutare nequis/feras oportet
Deduc in meritum neceſſitatem
Damnum temporis ad perenne ꝯfer
Si te pena breuis dolore torquet

Ex hoc conijce quam dolenda culpa
Vis lugere: dolor beatus iſte eſt
Conſolatur enim ieſu docente
Plora flagicium. memento finis
Luctus mixtus erit ſapore dulci
Ob ſpem/ q gemitu reatus iſto
Deletur/ manet et corona celo
Ultoris gladius ferire iuſſus
Saluat luctificum thau gerentes
Uult nos plangere lacrimoſa vallis
Nil plus purificat cor aut ſerenat
Quam luctus vehemens amaricanſq/
Hoc merſus pharao mari peribit
Tellus melle fluens dehinc patebit
Quam ros hic pluuius rigans venuſtis
Ornat floribus/ ac perinde multos
Fert fructus ſapidos decore grato

f· ## Item aliud carmē

ad eundem.
Quid gerarde fit in nobis
Herent crimina quedam
Intro cordis in medullis
Cum radice profunda/
Que licet minora dicant
Homines ad ſuperandum
Prorſus exuti nequibunt
Uix dum vixeris a te
Flebis vbertim diuq
Culpans corq remordens
Ut graui mole depreſſus
Enites recidiuas
Fortis alacriſq pugil
Proſternes grauiores
Subiugo peſtes/ eas vix
Alij vincere quibunt.
Gratiam fateri dei
Eſto certus oportet
Ordinem videto ſuum
Prouidus omnia librat
Sub modi ſub ponderiſq
Menſura ſapienter
Uincis hoc vel illud ſcelus
Sibi victoria detur
Milies cadens reſurge
Semper ſuſtine ſpera
Flens manus patri porrige
Lacrimis/ eſt ſua lingua
Non te deſeret in finem
Tandem e ſtercore tollet

Finit.

Carmen de purita

Monte ſacre ſcripture reſpectu aliarū ·B·
Montib' altis Exoritur fons
Purior auro Unda nec vllo
Spurcida ſceno Lumine ſolis
Obice fulget Tu bibe tutus
Te ſpeculeris Te tua nūquā
Fallet imago Plurimus inde
Riuulus exit Lapſus ad ima
Putrida tellus Quo mage diſtant
Sordibus opplet Noxia miſcens
In quibus anguis Ranula vermis
Buffoq ſerpunt Mors latet vndis
Si ſitis vrget Cautior eſto.
Uis ſpeculari Reddere verum
Uix ſimulacrum Turbida poſſunt
Terreat hoc vos Quos derelicto
Fonte Sophie Terrea potant

Joſephina Johānis de gerſon carmine heroico decantata

Titulus breuis continens .xij. libros iuxta .xij. materias principales.

Clare ioſeph ioſephina tuo pro nomine carmen
Narrat vt is mēphi ſeptē illic cō ficis ānos
Nazareth in redis opans. vbi virgis olim
Conceptū noras. Et ea cū virgine nubis
Itq redit nupta te p montana volente
Das latriā infanti nato. Nomē ihs addis
Suſcipis hic reges. puer p' ſedul' offers
Inuenis hic tēplo/ tandē moriēs requeſcis

Prohemiū. ·D·

Fontē ſueuerāt veteres celebrare po cete
Sacratū muſ pnaſi mōte ſ bortū
Quē pes fodit eq. ſed habet ſapia montē
Ara aliū fontē et muſas q̄b' altera vox eſt
Fons vite/ verbum domini ſublimib' exit
A celis iugi/ puro/ ſalubriq meatu.
Criſtallo ſimilis manans a ſede ſuperni
Mōtib' eternis muſas nec curat agreſtes
Que mortale ſonāt q noxia carmia texunt
Que ſolas vanis demulcent corpis aures
Nec dant arentē ſedare ſitim/ ſed adurunt
Potantū aſſidue mellitis corda venenis/
Fons nr̄ nitid' ſapidiſq ſalutifer vndis
Quem ſup irradiat vbi ſol diuinus aptis
Oia crede notis mōi ſpeculi vice mōſtrat
Pura tū lux h hebetās diuerberat oēm